
OJ
INTER FOLIA FRVCTV

OBSERVATIONUM

ORATIONEM FUNEBREM

SPECIMEN.

Pro summis in philosophia honoribus
rite impetrandis

scripsit

L. LEBEAU

Philosoph. Doct.

HEIDELBERGAE

Impressit AUGUSTUS OSWALD.

MDCCCXXX.



Lectori benevolo S.

Publici juris facere cupienti mihi novam Lysiae orationis funebris editionem *) necdum redemtorem nacto hocce commentarii perpetui qualecunque specimen interim typis imprimendum tradere placuit, ex quo, quid praestiterim aut certe praestare voluerim, harum literarum periti possent cognos-

*) Instructa erit ea editio praecedente commentatione, in qua 1. de funeribus Atheniensium publico 2. de vita Lysiae 3. de stilo Lysiae 4. de genuino epitaphii habitu exposui. Textum post *Taylorum*, *Reiskium*, *Augerum*, *Bekkerum*, *Foertschium* comparato codice Palatino n. 88. denuo recensui. Inscripto erit nostrae editioni: Lysiae oratio funebris. Textum recensuit, adnotatione perpetua et indice locupletissimo instruxit, disputationem de fide orationis praemisit *L. Le Beau* philos. Dr.

cere. Nec dubitavi, quin plerique locis parallelis a me ideo congestis, ut Panegyricarum concionum opifices semper in iisdem fere et argumentis et argumentorum tractandorum rationibus versari probarem, eo adducerentur, ut hanc orationem a Viris doctissimis Lysiae abrogatam eidem tanquam justo possessori censerent esse vindicandam. Quod si contigerit, non omnem operam me perdidisse existimavero. Vale.

Dab. Heidelbergae Non. Jun. MDCCCXXX.

Adnotatio.

Ἐπιτάφιος] Hoc nomine laudatur nostra oratio ab *Aristotele rhetorr.* III, 10, *Harpocration. lex.* v. Γεράνεια p. 68. ed. *Maussac. Scholion. Aeschin. ap. Taylor* T. V. p. 116. ed. R. *Theo progymn.* cap. II. *Schol. Aristid.* p. 339. ed. Frommel.

Τοῖς Κορινθίων βοηθοῖς] Bellum Corinthium, quo Athenienses Corinthiis populari imperio addictis Iphicrate duce opem tulerunt, incidit in Olymp. XCVI, 3. Cf. *Xenoph. Hellen.* IV, 294. *Diodor.* S. XIV, 89 sqq. *Andocid. de pace* p. 27. ib. *Sluiter lectt. Andocidd.* p. 215. add. quos laudat *Jacobs* Attic. p. 216. *Isocrat. Paneg.* cap. 39. τὴν συμμαχίαν τὴν περὶ Κόρινθον συστᾶσαν vocat, ad quem locum *Morus* p. 86. ex *Diodor.* XIV, 87. docet, cur illud bellum dictum fuerit Corinthiacum *). Add. *Wieland* M. A. T. I. p. 105. Tithraustes Persarum satrapa Thebanos, Corinthios, Argivos pecunia corruptos ad bellum contra Lacedaemonios movendum incitavit, (Xenoph. l. c. III, 5. 1.) quibus Athenienses, pecunia quidem repudiata, sese adjunxerunt (ib. §. 16.). Add. Nep. Iphicr. 2. ib. intpp. *Agesil.* 4. 5. Eo bello Iphicra-

*) Cf. *Schlosseri* V. C. „*Universalhistorische Uebersicht der Geschichte der alten Welt* etc." T. I. p. 2. p. 173. inf.

tes moram Lacedaemoniorum interfecit ideoque statua aenea honoratus est. V. Aeschin. adv. Ctesiph. §. 243. ib. *Bremi.* orr. sell. p. 424.

---

§. 1.

εἰ μὲν ἡγούμην οἷόν τε εἶναι]. *Si existimarem, fieri posse.* Hunc locum contemtim respicere videtur. *Platon. Menex.* 3. p. 21. Gottlebr. *ἢ οἴει αὐτὸς οἷος τ᾽ ἂν εἶναι εἰ δέοι καὶ ἕλοιτό σε ἡ βουλή.* Ibid. *ἐμοὶ μέν γε, ὦ Μενέξενε, οὐδὲν θαυμαστὸν, οἵῳ τ᾽ εἶναι εἰπεῖν* — cum antea dixisset, Athenienses Athenis laudare facillimum esse. V. ib. Gottleber. p. 50. Apud *Liban. ἐπιταφ. ἐπὶ Ἰουλιανῷ* p. 523. Reisk. legitur *ἀνάγκην ἔχων* pro *οἷός τ᾽ ὤν.*

ὦ παρόντες, ἐπὶ τῷδε τῷ τάφῳ — δηλῶσαι]. Virgulam post *παρόντες* poni usus dicendi jubet recte ab *Jacobsio* servatus. *Angerus* et *Bekkerus* non debebant jungere *ὦ. π. ε. τ. τ. τ.* Etenim *λέγειν ἐπὶ τοῖς ἀποθανοῦσιν* est dicere super *humatis*, oratore super tumulum stante ac verba faciente. *Menex.* p. 16. *ὅστις ἐρεῖ ἐπὶ τοῖς ἀποθανοῦσιν.* *Thucyd.* II, 35. *λόγον ἐπὶ τοῖς θαπτομένοις ἀγορεύεσθαι.* *Xenoph.* h. g. III, 2, 5. *Ὀδρύσαι θάψαντες τοὺς ἑαυτῶν καὶ πολὺν οἶνον ἐκπίοντες ἐπ αὐτοῖς.* — *Plutarch. Publicol.* p. 102. a. *λόγον ἐπ᾽ αὐτῷ διεξῆλθεν ἐπιτάφιον.* Res conficitur loco *Aeschinis adv. Ctesiph.* p. 371. ed. *Bremi. ἐτόλμησε — ἀναβὰς ἐπὶ τὸν τάφον — ἐγκωμιάζειν τὴν ἐκείνων ἀρετήν.* *Demosth. epitaph.* in *ἐροῦντα — ἐπὶ ταῖς ταφαῖς.*

τάφῳ] Gottleber ad Platon. Menex. p. 17. discrimen statuit inter *ταφή* quod sit *sepultura* et *τάφος* sepulcrum quod tamen non servari vel Demosthenis locus modo a nobis laudatus docet »*ἐρεῖν ἐπὶ ταῖς ταφαῖς.*« Add. *Aeschin. c. Ctesiph.* p. 421. Br. *οὐδὲ τὰς δημοσίας ταφὰς* (sepulcra) *ἀνελόντα.* Sed idem §. 258. p. 431. *τοὺς*

τάφους τοὺς τῶν προγόνων οὐκ οἴεσθε ἀνασκευάξειν; Lysias adv. *Eratosth.* p. 67. Brem. *πολλῶν ὄντων ἱματίων οὐδὲν ἔδοσαν εἰς τὴν ταφήν* ex quo colligas *ταφή* plerumque sensu generali non modo de sepulcro ipso et de sepultura sed de omnibus quae, ad sepulcrum pertinent, usurpari, ut apud *Ciceronum sepultura* pro *sepulcrum* occurrere notum est.

τῶν ἐνθάδε κειμένων] Non solum eos, qui in expeditione Corinthiaca occubuerint sed superioribus quoque ipsisque pristinis temporibus occisos significari recte monuit *Jacobs.* In auditorum conspectu erant tituli ac monimenta, quae sua etiam aetate extitisse testatur *Pausan.* I, 29.

λόγῳ δηλῶσαι] *Thucyd.* II, 35. *ἀρκοῦν μοι ἐδόκει ἔργῳ δηλᾶσαι τὰς τιμάς. Demosth.* ep. p. 580. Bekk. *ἀνυπέρβλητον παντὶ λόγῳ τὴν αὐτῶν ἀρετὴν καταλελοίπασιν.*

τοῖς ἐπαγγείλασιν] *ἐπὶ* in compositione interdum valet *palam, publice.* Menex. c. 14. *ἐπικηρυκεύεσται βασιλεῖ.* Ad rem quod attinet, oratores funebres publico ad id erant constituti, quae consuetudo a *Demosthene* adv. Leptin. 499. R. solis Atheniensibus recte vindicatur. »*μόνοι — ποιεῖσθε λόγους ἐπιταφίους*, ubi v. *Wolf.* p. 363. qui Gottleberum ad *Thucyd.* II, 35. Romanorum laudationes pro rostris habitas comparantem refutavit. Add. *Himer. Polemarch.* p. 370. Wernsd. *μόνης τῆς πόλεως ὁ νόμος καὶ ἀττικός. Demosth.* ep. pr. *πόλις προσέταξεν ἐμοὶ τὸν νομιζόμενον λόγον εἰπεῖν. Menex.* p. 16. *ἡ βουλὴ μέλλει αἱρεῖσθαι, ὅστις ἐρεῖ* — ib. p. 25. *ὁ νόμος προστάττει λόγῳ κόσμον ἀποδοῦναι.* Add. Cicer. legg. II, 26.

ἐξ ὀλίγων ἡμερῶν λέγειν] Mox. *ἐξ ὀλίγου.* Locum explicavit *Matthiae* gr. gr. p. 1133. Exiguum temporis spatium ad exarandam orationem concedebatur. *Menex.* p. 20. Gottl. *ἐξ ὑπογυίου ἡ αἵρεσις γέγονεν. ὥστε ἴσως ἀναγκασθήσεται ὁ λέγων ὥσπερ αὐτοσχεδιάζειν. Eu-*

stath. ad Jliad. π. p. 1081. 6. »*αὐτοσχεδιάζειν τὸ ἀσκέπτως λαλεῖν ἢ γράφειν. Platon. apol.* 5. *λέγε, ἵνα μὴ αὐτοσχεδιάζωμεν.* Eutyphr. p. 5. a. Menex. p. 23. Sic *ἐκ τοῦ παραχρῆμα* (ex tempore).

πᾶσιν ἀνθρώποις] Vulg. *τοῖς πᾶσιν.* Articulum quem deleri lex linguae jubebat, Augero et Bekkero auctoribus sustuli. V. Matth. gr. 9. §. 268. Herm. ad Viger. p. 727. Infra §. 23. *ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων* et Menex. p. 36. *ἁπάντων ἀνθρώπων* sine articulo.

ὁ πᾶς χρόνος . . .] Si quid nullo modo fieri posse contenditur, ne a *tempore* quidem id confici posse asseritur. *Junc.* ap. *Stobae.* T. III. p. 425. Gaisf. Serm. CXII. p. 584. ed. Gesn. 2. *τὸ ἀληθὲς κάλλος οὐδ᾽ ὁ πολὺς χρόνος δύναται ἀμαυρῶσαι.* Jl. p. 447. Gaisf. *ἐπιλείψει με ὁ σύμπας χρόνος* quam phrasin Juncus ex latinis mutuatus esse videatur. *Aeschin.* c. *Ctesiph.* p. 413. Brem. *τίς ἂν ἀποκρύψαι χρόνος δύναιτ᾽ ἄν.* Menex. p. 34. *ὁ χρόνος βραχὺς ἀξίως διηγεῖσθαι. Xenoph.* h. gr. III, 3. 2. *συμμαρτυρεῖ ταῦτα καὶ ὁ ἀληθέστατος λεγόμενος χρόνος εἶναι. Pindar. Olymp.* II, 29. *οὐδ᾽ ἂν χρόνος ὁ πάντων πατὴρ δύναιτο θέμεν ἔργων τέλος,* ubi v. Schol. p. 58. ed. Bekk. *Isocrat. Demonic.* T. II. p. 5. ed. Bekk. *ἐπιλίποι δ᾽ ἂν ἡμᾶς ὁ πᾶς χρόνος* — add. *Boissonad.* ad *Philostrat.* heroicc. p. 400. Virgil. Aeneid. I, 372:

O Dea, si prima repetens ab origine pergam
. . . .
Ante diem clauso componet Vesper Olympo.

Platon. sympos. 5. Apud Platonicos *χρόνος πατὴρ auctorem* denotat. V. *Olear.* ad *Philostr.* v. s. p. 490. Jacobs. ad Achill. Tat. p. 392. Idem, si sensum spectes, Demosth. p. 580. Bekk. *ἀρξίως εἰπεῖν* . . . . *ἕν τι τῶν ἀδυνάτων εὑρισκον ὄν.*

ἡγουμένη οὕτως ἂν μάλιστα συγγνώμης — τυγχάνειν] Eadem sententia orsus *Demosth. Philipp.* I. p. 20. Bekk. *ἡγοῦμαι — εἰκότως ἂν συγγνώμης τυγχάνειν.* Lys. *apolog.*

de affect. tyrannide p. 114. Auger. 173. Bekk. ἡγοῦμαι — τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας ὀνείδους καὶ διαβολῆς τυγχάνειν. ἂν refertur ad τυγχάνειν. Sic infra p. 127. §. 56. μόνην δ᾽ ἂν μοι δοκοῦμεν ταύτην ἀποδοῦναι χάριν. v. Heindf. ad Platon. Lys. §. 3. 4.

παρὰ τῶν ἀκουσάντων] Sic non ἀκουόντων, efferendon erat, cum tota demum audita riteque perpensa oratione ab auditoribus fieri potuerit judicium.

§. 2.

ὅμως δὲ ὁ μὲν λόγος μοι περὶ τούτων] Omnes liberi ὅμως exhibent, nec video cur *Reiskius*, quem secutus est *Bekkerus*, maluerit ὅλως. Sensus: *Etsi tantis difficultatibus* premitur oratio, tamen periculum mihi faciendum. *Foertschius* in *commentatione critica de locis nonnullis Lysiae et Demosthenis* p. 39. et ipse tuitus est vulgatam. A quo tamen vino docto equidem ita discesserim, ut secus atque ille interpretatus est, non id cogitatione intelligendum esse censeam »*quamquam igitur mihi orationem habenti venia dabitur*« sed »quamquam igitur non is sim, qui res illorum gestas magnas et praeclaras oratione aequare possim. Jllud tamen bene egit Foertschius, quod particularum μὲν — δὲ eam hac in enunciatione demonstravit esse rationem, ut posteriore membro primaria, secundaria notio superiore comprehensa reperiatur. Ac perperam sollicitatum est ὅμως ab interpretibus ad *Aristoph. Lysistr.* 281.

οὕτως ἐπολιόρκησ᾽ ἐγὼ τὸν ἄνδρ᾽ ὅμως ἐκεῖνον

quos fefellit hic usus conjunctionis ὅμως ad augendam vim in fine versus subjectae, qno tragici inprimis poëtae gaudent. *Aeschyl. Choeph.* 113.

μέμνησ᾽ Ὀρέστου κεἰ θυραῖος ἔσθ᾽ ὅμως

Pers. 295. λέξον καταστὰς κεἰ στένεις κακοῖς ὅμως

Sept. c. Theb. 713. πείθου γυναιξὶν καίπερ οὐ στέργων ὅμως

quem locum expl. Wunderl. obss. crr. in Aeschyl. p. 219.

Agamemn καὶ γὰρ τὰ ποθόκραντα δυςμαθῆ θ᾽ ὅμως

Sophocl. Aj. 15. ὡς εὐμαθής σοι, κἂν ἄποπτος ᾖς, ὅμως *Philoct.* 1014. ἡ κακὴ σὴ ψυχὴ κοὐ θέλονθ᾽ ὅμως

Retinendum apud Linginum quoque s. XXXII, 8. p. 112. ed. Weisk. Add *Lysiae pro bonis Aristophan.* p. 218. Brem. ubi recte defendit *Bremius*, etsi eo loco idem valet ac ὁμοίως. Confundi ὅμως et ὁμοίως doc. *Schaef.* ad *Gregor.* C. p. 631. Ad sensum cf. Demosth. ep. 580. Bekker. »ὁμοίως μέντοι διαλεχθῆναι τοῖς πρότερόν ποτε εἰρηκόσιν ἐνθάδ᾽ εἶναι μοι δοκεῖ, ubi ὁμοίως cum εἰρηκόσιν jungenden, ὅμως quae est lectio codicis Φ, rejiciendum:

ὁ δ᾽ ἀγὼν οὐ πρὸς τὰ τούτων ἔργα, ἀλλὰ .....] *Jacobs.* sensum esse putat: »Non *solum* cum oratoribus, qui ante me laudarunt occisos, sed *etiam* cum ipsis mortuorum factis certamen mihi subeundum est.« Hoc si voluisset orator, inverso ordine efferendum erat: οὐ πρὸς τοὺς πρότερον ἐπ᾽ αὐτοῖς εἰρηκότας, ἀλλὰ (καὶ) πρὸς τὰ τούτων ἔργα. Modo enim de argumenti difficultate monuerat Lysias, quod et *Augerus* et *Schlegelius*, latina ille, hic vernacula versione bene sunt interpretati. Cf. *Liban. praecon. Julian.* p. 523. R. ὑμᾶς ᾐσθόμην οὐκ ἀγνοοῦντας μὲν ὡς ἡ νίκη τῶν ἔργων, ὅμως δὲ ἡδομένους τοῖς λόγοις. De discrimine ἀγώνων στεφανιτῶν et θεματικῶν v. *Walf.* ad *Demosth. Lept.* p. 363.

ἐπ᾽ αὐτοῖς εἰρηκότας] Reisk. tentat. ἄλλοις sc. de iis, qui superioribus temporibus vita defuncti essent. Sed illi quoque vocabulo αὐτοῖς comprehenduntur, cum sint omnes ἐνθάδε (in Ceramico) κείμενοι. Dictionem ἐπί τινι λέγειν bene expl. Matth. p. 860. Minus accurate Viger. p. 621.

τοσαύτην γὰρ ἀφθονίαν παρεσκεύασεν ἡ τούτων ἀρετὴ] Idem pronunciatum legitur ap. Demosthen. ep p. 582. ἔργων — ὧν οὕτως ἕκαστον εὐσχήμονας καὶ πολλοὺς ἔχει λόγους, ὥστε καὶ τοὺς ἐμμέτρους καὶ τοὺς τῶν ᾀδομένων ποιητὰς καὶ πολλοὺς τῶν συγγραφέων ὑποθέσεις τὰ ἐκείνων ἔργα τῆς αὑτῶν μουσικῆς πεποιῆσθαι. Ib. p. 583. ἡ κείνων

ἀρετὴ πολλὰ καλὰ δίδωσιν αὐτὴ εἰπεῖν καὶ πρόχειρα. *Menex.* p. 34. ποιηταὶ — τὴν ἀρετὴν ἐν μουσικῇ ὑμνήσαντες. Add. *Liban. praecon. Julian.* T. I. p. 523. R. ἐλάττους εὗρον τοὺς ἐμοὺς λόγους τοῦ μεγέθους τῶν ἔργων.

τοῖς ποιεῖν δυναμένοις] ποιεῖν de omnibus quae ingenii studio efficiuntur dici non. Ast ad *Platon. Phaedr.* p. 246. nostri loci non immemor. *Proprium* tamen de poëtis ut observarunt ad h. l. *Taylor* et *Markland.* quibus add. *Wyttenb.* ad *Platon. Phadon.* p. 129. *Zeun.* ad *Viger.* p. 192. b. Expressit nostrum locum *Isocrat. Paneg.* 50. τίς γὰρ ἢ τῶν ποιεῖν δυναμένων ἢ τῶν λέγειν ἐπισταμένων οὐ ποιήσει καὶ φιλοσοφήσει;

καλὰ μὲν πολλά] Frequentior inverso ordine formula πολλὰ καὶ καλά. Infra p. 79. πολλὰ μὲν καλὰ καὶ θαυμαστά ubi nisi sequeretur καὶ θαυμαστά, inter πολλὰ et καλὰ interpositum esset καί, quod a nostro quoque loco utpote superfluum abest. *V. C. Fr. Hermann specim. crit. in Plutarch. superst.* p. 22.

τοῖς προτέροις] Intelliguntur oratores superiores. Infra p. 83. ἐκ τῶν προτέρων ἔργων. Recte *Gottleber.* ad *Menex.* IX. p. 33. lectionem τῶν προτέρων servavit.

οὔτε γὰρ γῆς ἄπειροι] ἄπειροι passive accipiendum h. e. ubique terrarum gloria illorum innotuit. Homer. Jliad. δ. 816.

ὧν κλέος εὐρὺ καθ' Ἑλλάδα καὶ μέσον Ἄργος

Sophocl. Philoct. 254. ὦ πολλ' ἐγὼ μοχθηρὸς, ὦ πικρὸς θεοῖς, οὗ μηδὲ κληδὼν — διῆλθέ που. Infra p. 91. §. 24. ἄπειρος κακῶν active dictum.

Paulo supra. ἐκείνοις παραλελεῖφθαι] Assentior quidem Reiskio cui ob praecedens προτέροις abundare videtur ἐκείνοις, nec tamen refingam καὶ ἡ μ ῖ ν κ α τ α λ ε λ ε ῖ φ θ α ι. Duplex verbo παραλείπειν inesse videtur notio, altera *negligendi* per secordiam aut incuriam, altera *praetermittendi* ob deficientem materiam.

ἐξεῖναι] Non erat cur *Wakefield.* s. crr. II. p. 251. tentaret *ἔτι εἶναι.*

πανταχοῦ δὲ καὶ παρὰ πᾶσιν] Observent tirones abundantiam et quaesitum orationis ornatum. Pro *πανταχοῦ* aliquot codd. male *πανταχῆ*, quod tamen *Loers.* ad *Menex.* p. 66. bene tuitus est. Jam advertatur allitteratio, itidem Menexeni locum p. 57. obtinens: *ὥστε παντὸς πᾶσαν πάντως προθυμίαν πειρᾶσθε.* qua Plato non sine irrisione Lysiae usus esse videtur.

πενθοῦντες] Cod. U. non prorsus male *ποθοῦντες καλά.* Vid. p. 124. Paulo supra Augerus pro *παρὰ πᾶσιν* perperam tentavit *τούτοις* ad sequens *οἱ* referens. Sed *πᾶσιν* explet illud *πανταχοῦ.* Ad sententiam cf. *Demosth.* ep. p. 589. *συμπεπένθηκε καὶ τῆς οἰκουμένης τὸ πλεῖστον μέρος. Liban. praecon. Julian.* T. I. p. 522. R. *Δάκρυα ἀπὸ πάντων ὀμμάτων ἐῤῥύη,* ubi nimio acute dubitat *Reiskia*, vertendumne sit »ab *omnium* an ab *omnibus* oculis.

τὰς τούτων ἀρετὰς ὑμνοῦσιν] *ὑμνεῖν* proprie de poëtis praesertim lyricis usurpatur. Oratores simpliciter dicuntur *ἐπαινεῖν, ἐγκωμιάζειν* etc. Cf. infra §. et 38. Interdum dicitur de rebus non laudandis, ut *celebrare, praedicare,* quin ap. Platonem non raro valet *decantare.* V. *Schol.* ad Platon. republ. p. 329. b. Ast. ad rep. p. 519. Ruhnk. ad Tim. p. 263.

Nemo hoc in exordio usque ad *τοσαύτην* certe sobriam ac simplicem desiderabit Lysiae orationem, quaeque deinceps abundant et tument, jam argumento sunt tribuenda. Verum enim vero Isocrates Platonem videlicet secutus nostrum exordium male notavit, nullam de argumenti difficultate oratori excusationem praemittendam esse existimans, *Paneg.* 2. *ὁρῶ τοὺς μὲν (λέγοντας) ὡς χαλεπόν ἐστιν, ἴσους τῷ μεγέθει λόγους τῶν ἔργων ἐξευρεῖν, ἐγὼ δὲ — παρακελεύομαι.* —

§. 3.

πρῶτον μὲν οὖν . . . .] Ex more praeconiorum ferialium. Plato tamen Menex. p. 33. haec antiqua satis superque celebrata judicans omittit.

ἄξιον πᾶσιν ἀνθρώποις — μεμνῆσθαι — ὑμνοῦντας] Solennis a dativo ad accusativum transitus. Infra §. 16. *ἀνθρώποις προσήκειν — — βασιλευομένους, — διδασκομένους*, *Aeschin. c. Ctesiph.* §. 2. *ἵνα, ἐξῇ τῷ πρεσβυτάτῳ — παρελθόντι συμβουλεύειν, δεύτερον ἤδη τὸν βουλόμενον γνώμην ἀποφήνασθαι* ubi v. Brem. p. 278.

ὑμνοῦντας μὲν ἐν ταῖς ᾠδαῖς . . . .] Abundans *ἐν* Lysiae familiare multi loci exhibent. adv. Agorat. p. 265. 13. B. p. 425. R. *ἀπέκτειναν ἐν τῇ προφάσει ταύτῃ* ubi Reiskius *ἐν* tuetur. *Diogiton.* T. II. p. 386. Auger. *παιδεύεις ἐν πολλοῖς χρήμασιν τοὺς ἐκ τῆς μητρυιᾶς.* Infra §. 46. p. 119. *ἐν τοῖς σώμασι κινδυνεύσαντες.* V. *Brem.* ad *Lys.* orr. p. 49. 97. Menex. p. 34. *ἐν μουσικῇ ὑμνήσαντες.* Demosth. ep. p. 586. *ἐν ταῖς φυχαῖς διεσώζετο.* *Pindar. Olymp.* II, 137. *βουλαῖς ἐν ὀρθαῖς Ῥαδαμάνθυος.* *Soph. Antig.* 961. *ψαύων ἐν κερτομίοις γλώσσαις* (ub. v. Musgr.). Ib. 1003. *σπῶντας ἐν χηλαῖσιν.* *Philoct.* 1160. *τίς ὧδε ἐν αὔραις τρέφεται.* ib. 60. *οἵ σ᾽ ἐν λιταῖς στείλαντες* etc. Denique de usu hujus praepositionis periphrastico, quo plerumque subintelligitur participium verbi *εἶναι* cf. *Schaefer.* ad Long. past. p. 404. Sic *δένδρα ἐν καρποῖς.* Qui usus etsi posterioris aevi scriptoribus proprius est, tamen jam apud Sophoclem *Philoct.* 846. legitur. »*πάντων ἐν νόσῳ* (*ὄντων*) *εὐδρακὴς ὕπνος.*«

τῶν τεθνεώτων] Male *codex Palatinus* et al. om. *τῶν*. Ubique ap. Lysiam *τεθνεώτων* non *τεθνεότων* scribendum esse doc. *Brem. ad Lys. adv. Eratosth.* p. 72.

§. 4.

Ἀμαζόνες γὰρ Ἄρεος μὲν] Vulg. *Ἀμαζόνες μὲν.* Cf. varr. U. Omisi *μὲν* Bekkerum secutus, cum ob continuo

sequens *μὲν* otiosum sit. In libris manuscriptis hacce in formula nunc *μὲν*, nunc *γὰρ* omittitur. V. *Stobae.* floril. T. III. p. 437. Gaisf. ubi *τότε μὲν γὰρ* retinendum, quod *γὰρ* alii libri non agnoscunt.

Sequitur narratio de Amazonibus, quae cum Scythis aliisque gentibus conjunctae ante ipsas Athenarum portas castra locarunt, cujus irruptionis causam tradiderunt raptam a Theseo Hippolytam. Locos Veterum congessere *Mor. ad Isocrat. Paneg.* 19. p. 41. *Gottlebr. ad Menex.* p. 33. *Heyn. ad Apollod.* II, 5. p. 153. sq. ad Virgil. XI, 659. *Bekk. scholl. Pindar.* Olymp. XIII, 124. p. 496. Thermodon fluvius exit in Pontum euxinum. Strab. VII. p. 457. Add. *Herodot.* IV, 110. ib. Wessel. IX, 27. quem locum conjecturis tentavit *Taylor. ll. LL.* T. VI. p. 242. R. Plerumque Eumolpus quoque in hac mythicarum et fabulosarum rerum serie enumeratur, de quo v. *Gottleb. ad Menex.* l. c. Totam fabulam egregie dijudicavit. Wieland. M. A. T. I. p. 86. sq.

μόναι δὲ ὡπλισμέναι] Praeferendum duxi *δὲ*, quod in enumerationibus, quando semel praecessit *μὲν*, solenne est. Augerus male aliorum codicum lectionem *μὲν* recepit in ordinem. v. Viger. p. 535. sq. *Brem. ad Aeschin. c. Ctesiph.* p. 391. Add. §. 24. et 27. ubi eodem modo repetitum legitur *δέ*.

τῶν περὶ αὐτάς Augerus bene expl. *solae vicinorum populorum.*

ἐφ᾽ ἵππους ἀναβᾶσαι] *Thom. M.* p. 45. *ἀναβαίνω ἵππον οὐκ ἐπιβαίνω. ἐπιβαίνω δέ νέως.* Plerumque tamen *ἐπὶ* addi doc. *Brem. ad Lys.* p. 128. V. infra §. 26. *Xenoph.* anab. I, 8. 3. *Cyrop.* III, 3. 27. *ἐφ᾽ ἵππων ἀναβαίνειν* exh. Usum particulae *δὲ* in enumerationibus repetitae multis exemplis ad h. l. congestis defendit *Foertsch. obss. in Lys.* p. 41. cui add. *Fritzsch. lectt. Lucian.* p. 45. sq.

ἥρουν μὲν τοὺς φεύγοντας, ἀπέλειπον δὲ τοὺς διώκοντας] Commode *Jacobs.* attulit *Xenoph. anab.* III, 1. 2. ἱππέα οὐδένα σύμμαχον ἔχοντες, ὥστ᾽ εὔδηλον ἦν, ὅτι νικῶντες μὲν οὐδ᾽ ἂν ἕνα φεύγοντα κατακτείνοιεν, ἡττηθέντων δὲ αὐτῶν οὐδεὶς ἂν λειφθείη.

Jl. ϑ. 107. de equis Aeneae

— Κραιπνὰ μάλ᾽ ἔνθα καὶ ἔνθα
Διώκειν ἠδὲ φέβεσθαι.

Locus classicus ap. *Platon. Lach.* §. 48. οἱ Σκῦθαι λέγονται οὐχ ἧττον φεύγοντες ἢ διώκοντες μάχεσθαι. Add. Horat. od. I, 19, 11. ib. Mitscherl.

ἀπέλειπον] ἀπολείπειν effugere. Noster alicubi in *oratione* pro *Polystrato.* οὐδενὸς κινδύνου ἀπελειπόμην.

ἐνομίζοντο μᾶλλον ἄνδρες] *Demosth.* ep. p. 588. ὅτε οὖν γυναῖκες ἐκεῖναι τοιαύτην ἔσχον ἀνδρείαν, οὐ θεμιτὸν αὐτοῖς ὑπελάμβανον χείροσιν ἀνδράσιν οὖσιν ἐκείνων φανῆναι. *Himer. Polem.* p. 368. Ἀμαζόνες κατὰ θρασυνομέναι τῆς φύσεως.

ἢ ταῖς ἰδέαις ἐλλείπειν] ἰδέα *sexus*, quatenus cognoscitur adspectu. ἐλλείπειν *cedere*, relinqui h. e. superari. *Lys. pro bonis Aristoph.* p. 621. οὐδὲν ἐνέλειπε τῆς προθυμίας. Sic ἀπολείπεσθαι quoque usurpari allato *Aristoph.* eqq. 522. monuit *Sluiter.* lectt. Andocc. p. 287. Nec minus simplex λείπεσθαι eo significatu gaudet, cui opponitur ἕπεσθαι (ut relinqui — mente assequi) praesertim ap. Platonem. Cf. Theaetet. p. 184. a. Charmid. p. 173. c. ib. Heindorf. Add. Perizon. ad Ael. I, 23. Viger. p. 182. b.

Apud Herodot. IX, 27. adumbratam legi totam hanc de Amazonibus, Cadmeis, Heraclidis laudationem jam *Jacobs.* ad h. l. monuit. *Platon. Menex.* p. 34. haud invitus hoc praeconium praetermisit. *Isocrat. Paneg.* 19. Nostri aemulus extat, et sane rem videtur elegantius enarasse.

§. 5.

ἔργῳ μὲν τοὺς περὶ αὐτὰς καταδεδουλωμέναι λόγῳ δὲ περὶ τῆσδε τ. . . χ. . . . .]

Perfectum passivi pro perfecto medii usurpatum esse quod significatio h. l. necessaria nonnisi eâ formâ contineatur, doc. *Matthiae.* gr. gr. p. 926. d. Platon. Menex. p. 240. a. p. 388. Bekker. *μάχιμα γένη καταδεδουλωμένη ἦν ἡ Περσῶν ἀρχή. Xenoph. anab.* I, 23. *Intpp. ad Thom.* M. p. 249. Ceterum *περὶ τῆσδε τῆς χώρας* propter praecedens *περὶ αὐτὰς* concinnitate illatum esse videtur.

παραλαβοῦσαι τὰ μαχιμώτατα τῶν ἐθνῶν] Scythas esse τὰ ἔθνη liquet ex Isocr. Paneg. p. 41.

§. 6.

ὁμοίας τὰς ψυχὰς τῇ φύσει] φύσις i. q. ἰδέα §. 4.

ἐναντίαν τὴν δόξαν τῆς προτέρας] *famam priori contrariam.* Genitivi rationem bene expl. Matth. §. 366, n. 2. ἔδοξαν frustra sollicitatum a *Marklando* ad praecedens πλέον ἐδόκουν ταῖς ψυχαῖς διαφέρειν etc. referendum est. Ad sententiam cf. *Himer. Polem.* p. 388. ὥστε μὴ γένει τῶν Ἀμαζόνων τὴν φύσιν ἀλλὰ τάφῳ γνωρίζεσθαι.

μόναις δ' αὐταῖς οὐκ ἐξεγένετο ἐκ τῶν ἡμαρτημένων μαθούσαις περὶ τῶν λοιπῶν ἄμεινον βουλεύσασθαι]

ἐκγίγνεσθαι contingere. *Lys. de olea* p. 289. οὐδ' ἂν ἀπολογήσασθαί μοι ἐξεγένετο. Etiam simplex γίγνεσθαι sive addito sive omisso εὖ, καλῶς significat *succedere, contingere.* V. *Hoogev. ad Viger.* p. 229. Herodot. VII, 8. 2. οὐκ ἐξεγένετο οἱ τιμωρήσασθαι. Idem I, 110. exh. γίγνεσθαι εἴς τινα. *Liban. Julian.* p. 528. πῶς γένοιτο. De dictione proverbiali ἐκ παθημάτων μανθάνειν cf. Herodot. I, 207. τὰ δὲ μοι παθήματα μαθήματα γέγονεν. Hesiodus: παθὼν δὲ νήπιος ἔγνω *Lys. de affect. tyr.* p. 126. ed. Auger. ἵνα τὰ τῶν ἐχθρῶν ἁμαρτήματα ἄμεινον ὑμᾶς ποιήσῃ περὶ τῶν ὑμετέρων βουλεύσασθαι. V. quos *laud. Ast. ad Platon.* sympos. 44. p. 294. *Welker ad*

Alcman. fragm. LIX, 65. *Boissonad. ad Nicet.* p. 150 — 153. 225. 226.

οὐδ' οἴκαδε ἀπελθούσαις ἀπαγγεῖλαι] Simillimus exstat locus ap. *Liv.* VI, 28. fin. — »effecerint, ne quis hostis, qui moenia romana intrasset, nuncium secundae adversaeque fortunae domum ferret.

§. 7.

δοῦναι δίκην τῆς ἀνοίας] Perizon ad Aelian. III, 38. »*δίκην δοῦναι* et *λαβεῖν* lites suas judicis permittere — de dando et accipiendo jure. Quia tamen ut injuriae et actoris parti satisfiat, reus saepe a judice multandus est, hinc illae dictiones *κατ' ἐξοχὴν* de poena usurpantur. *Orellius* ap. *Brem. ad Aeschin. c. Ctesiph.* p. 354. discrimen statuit inter *δίκην διδόναι* quod sit poen*as* dare (gestraft werden) et *δίκας διδόναι*, judicibus rem ad dijudicandum permittere (sich einem Gericht unterziehen). Ex uno codice Bekker. inverso ordine dedit *δίκην τ. α. δ.*

§. 8.

τῆς ἀλλοτρίας ἀδίκως ἐπιθυμήσασαι] Infra p. 89. R. — *βαρβάρων εἰς τὴν ἀλλοτρίαν ἐμβαλόντων.* Gaudet ea sententia Lysias. V. *orat. Olymp.* p. 404. ed. Auger. *τοὺς βαρβάρους ἐποίησαν τῆς ἀλλοτρίας ἐπιθυμοῦντας τῆς σφετέρας αὐτῶν ἐστερῆσθαι.*

Ἀδράστου δὲ καὶ Πολυνείκους] Adrastus cum Polynice ad Thebas oppugnandas profectus est. Thebani qui victores discesserant, mortuos Argivorum sepulcro condi non permittebant, sed Athenienses, quorum auxilium a victis imploratum est, perpulere tandem, ut sepulturae honore non destituerentur. V. *Wieland.* m. a. T. I. p. 83. *Plutarch.* Thes. 29. fin.

Noster tanquam orator Atheniensium operam nimis extulit, cum ex Isocratis Panathenaico constet, Thebanos missa legatione permotos esse, ut occisorum corpora redderent humanda. V. Mor. ad Isocr. Paneg. p. 32. et

de tota expeditione disputantem, Heyn. ad Apollod. p. 248. sqq.

οὐκ ἐώντων Καδμείων θάπτειν] Vulg. *τῶν Κ.* quod omisi cum octo Bekkeri codd. Palat. et Batav. V. ad §. 1.

ἡγησάμενοι ἐκείνους — δίκην ἔχειν].

Reiskius, quia *δίκην ἔχειν* is tantum dicatur, cui satisfactum fuerit, legendum censuit: *ἐκείνους μὲν, εἴτι ἠδικοῦντο, ἀποθανόντων δίκην ἔχειν*, ut *ἐκείνους* intelligat Cadmeos victores, quae ratio mihi vel ob nimiam mutationem displicet. Equidem *δικὴν ἔχειν* medio sensu acceperim: es sey ihnen ihr volles Recht widerfahren (jure optimo illos occidisse). Egregie confirmatur haec explicatio loco *Xenoph.* h. g. III, 4. 25. *ὁ μὲν αἴτιος τῶν πραγμάτων ἔχει τὴν δίκην* (supplicio affectus est). Iidem sunt *οἱ κάτω* atque *ἐκεῖνοι*. Scilicet omnis sublata erit difficultas, si voculam *δὲ* non ut *adversativam* sed ut *continuativam* acceperimus, quomodo saepe Noster *δέ* in singulis periodorum membris connectendis usurpat. Nobilissimus ille idemque vexatissimus locus *Pauli ep. ad Galat.* III, 20. *ὁ δὲ μεσίτης ἑνὸς οὐκ ἔστιν· ὁ δὲ θεὸς εἷς ἐστιν.* eodem modo explicatus ostendit, nullam in utroque enunciati membro oppositionem obtinere. In sequentibus *τοὺς κάτω* *Augerus* male intellexit *deos inferos*, cum tamen dii superi et inferi hic sibi non opponantur, nec *τὰ αὑτῶν κομίζεσθαι* de diis dici possit. Confirmatur nostra explicatio eo quod infra legitur p. 63. *τοὺς τεθνεῶτας ἐν τῷ πολέμῳ τῶν νομιζομένων τυγχάνειν.* Praeterea *Augerus* non probavit *τοὺς κάτω* simpliciter dici deos inferos, nisi forte intellexit *deos Manes*, quod sibi habeat, qui *ἐκείνους* et *τοὺς κάτω* eosdem esse concoquere non potest. Jam nisi antistiati ratio correlativum flagitaret, cum optimo libro T. *ἄνω* ex sequentibus vv. ejicerem. *τὰ αὑτῶν* i. q. *τὰ νόμιμα, νομιζόμενα, προσήκοντα*, justa, inferiae. V. *Hemsterh.* ad

Lucian. d. m. p. 13. Acerbe cavillans *Aristoph. rann.* 423. infert τοὺς ἄνω νεκρούς, ubi schol. ὅτι ἀναισθήτως ἔχουσι ὡς νεκροί. *Unus* liber ante κομίζεσθαι om. οὐ, quod non prorsus spernendum. Tum enim κομίζεσθαι est i. q. δεῖν κομίζεσθαι sententiaeque vis exaggeratur. Sic Liv. II, 5. Infinitivus passivi pro participio futuri positus. »*De bonis regiis, quae reddi* ante censuerant — (add. cap. 16. ib.) ubi Gronovius hunc usum contra turbatores emendationum tuitus est. V. Viger. p. 206. Sed standum est ab auctoritate codicum potiorum et plurium. — Verbum κομίζειν et κομίζεσθαι variis significationibus obvium est. Et propria quidem ac primitiva vis est *ferre, sibi ferre.* Quumque proelio facto mortui ad humandum tollerentur (νεκροὺς ὑποσπόνδους κομίζεσθαι) omnino usurpatur de sepultura et inferiis, ut *Taylorus* ad h. l. ostendit. De discrimine activi et medii v. *Küster verb. med.* §. 54. p. m. 84. sqq. Occurrit etiam de muneribus quae diis dedicata offeruntur, v. c. coronis, frugibus al. V. *Long. pastor.* II. p. 35. ed. *Schaefer.* βότρυς αὐταῖς (Νύμφαις) κομίζοντες, p. 63. στεφανίσκους τῷ Πανὶ κομίζοντες. V. *Schaefer.* ad priorem Longi locum, qui ἀπέφερον bene mutavit in ἐπέφερον. Hac significatione κομίζειν quidem notat *ferre sacrificatum*, κομίζεσθαι autem »*accipere praemium pietatis. Longus* l. c. ἀμοιβὰς ἐκομίσαντο παρὰ τῶν θεῶν. *Plutarch. Flamin.* 13. ἀμοιβὰς κεκομισμένον. Hinc omnino valet *consequi*, ferre, ut ἀποφέρεσθαι, φέρεσθαι. *Dion. Hal. archaeol.* I. p. 2. Syll. κομίζονται ἔπαινον (proprie sibi ferunt i. e. consequuntur). *Plutarch.* Flamin. I, 4. ἔπαθλα φέρεσθαι. Locus insignis ap. Soph. Oed. C. 1411. utrumque junctum exhibet. »καὶ σφῷν ὁ νῦν ἔπαινος ὃν κομίζετον τοῦδ᾽ ἀνδρὸς, οἷς πονεῖτον, οὐκ ἐλάσσονα ἔτ᾽ ἄλλον οἴσει τῆς ἐμῆς ὑπουργίας.

Denique nonnunquam addito pronomine reflexivo notat *ire, proficisci, incedere,* fere cum molestiae notione. Sic *Junc. ap. Stobae.* floril. T. III. p. 438. Gaisf.

ἑαυτὸν κομιζόμενος de sene corpus aegre trahente. Paulo aliter *Sophocl. Antig.* 440. *ἀλλὰ σὺ μὲν κομίζοις σαυτὸν.* Add. *Herodot.* I, 73.

Paulo supra: *οὐκ ἐόντων Καδμείων — Taylorum* post *ἐόντων* interponentem *τι* recte castigavit *Jacobs*, cum hi genitivi absoluti utpote causam, qua Athenienses permoti praelio dimicarunt, continentes, a praecedentibus sint separandi.

ἱερῶν δὲ μιαινομένων τοὺς ἄνω θεοὺς ἀσεβεῖσθαι] *μιαινομένων* temere sollicitavit *Taylor.*, faciliorem aliquot codicum eorumque deteriorum lectionem *μὴ γενομένων* substituere tentans. Cf. *Lys. adv. Eratosth.* p. 306. Auger. p. 91. Brem. *τὰ ἱερὰ ἐμίαινον.* Suo loco positum esse *μιαινομένων* dubitari nequit, si locus *Sophoclis Antig.* 1016, quem commentario esse recte monuit *Jacobs.* consideretur. Ibi Tiresias Creontem Polynicis humationi obnitentem increpans, *βωμοί γὰρ*, inquit, *ἐσχάραιτε παντελεῖς πληρεῖς ὑπ᾽ οἰωνῶν τε καὶ κυνῶν βορᾶς τοῦ δυσμόρου πεπτῶτος Οἰδίπου γόνου.* Nec ab Augero nec a Bekkero ulla notatur scripturae discrepantia. *Plutarch. Cimon.* 9. *ἱερὰ προϊεμένων.* Demosth. ep. p. 582. *τὰ τῶν κατοιχομένων νόμιμα οὐ περιεῖδον ὑβριζόμενα.*

τοὺς ἄνω θεοὺς ἀσεβεῖσθαι] Miror neminem interpretum hic offendisse. Nusquam me legere memini *ἀσεβῶ θεὸν*, semper *ἀσεβῶ εἰς* sive *περὶ θεόν*, quomodo *εὖ σέβω τινά*, sed *εὐσεβῶ εἴς τινα* docente *Valcken. ad Phoeniss.* p. 388. ed. Lugd. Et *Matthiae* quidem gr. gr. p. 757. Valckenarii rationem improbans nullum attulit exemplum, quo passivum *ἀσεβεῖσθαι* extra dubitationis aleam poneretur. Cf. *Aeschyl. Agam.* 338. *εὖ σέβουσι τοὺς πολισσούχους θεούς*, ubi ante Valckenarium legebatur *εὐσεβοῦσι.* Add. *Eumenidt.* 1020. *Xenoph.* h. g. I, 4, 14. *ὡς ἠσεβηκότος εἰς τὰ μυστήρια.* Adjectivum quoque *ἀσεβὴς* cum *περὶ*, *εἰς*, *πρὸς* jungi monuit *Brem. ad Aeschin. c. Ctesiph.* p. 349. ubi vulg. male *ἐπὶ τὴν γῆν*

τὴν ἱερὰν ἀσεβείας. Proclive quidem erat ante τοὺς inserere εἰς vel refingere οὐ σέβεσθαι (α et ου confundi notat Schaefer. ad Gregor. C. p. 532. Bast comment. palaeogr. p. 774.) sed cum priore Aeschyli loco *Schützius* retinuerit εὐσεβοῦσι nec ullam varietatem Bekkeri codices offerant, religioni duxi. Simpliciter ἠσέβουν *Lys. de caed. Eratosth.* p. 19. Brem.

ἐν τοῖς τῶν τεθνεώτων σώμασι τὴν εὐψυχίαν ἐπιδείκνυσθαι] Similiter *Sophocl. Ajac.* 1348. οὐ γὰρ θανόντι καὶ προςεμβῆναί σε χρή;

νεκρῶν ἀναίρεσιν] »Quae apud Graecos victoriae traditae erat signum *Justin.* VI, 6. Add. *Baumgarten-Crusius Plutarch. Agesil.* 19. p. 38.

§. 9.

τῶν νομιζομένων τυγχάνειν] Ad sententiam cf. *Platon. Menex.* p. 24. ἔχουσι τὰ προςήκοντα σφίσιν αὐτοῖς. *Lys. c. Diogit.* T. II. p. 380. Auger. ἐπεὶ δ' ἐποίησαν τὰ νομιζόμενα.

εἰς τοὺς θεοὺς ἐξαμαρτάνοντες] *Lys. caed. Eratosth.* p. 13. ἁμάρτημα ἐξαμαρτάνειν εἰς τὴν γυναῖκα τὴν ἐμήν. Nostro loco ἐξαμαρτανόντες respondet superiori ἀσεβεῖσθαι.

ἵνα μηκέτι πλειῶ περὶ τοὺς θεοὺς ἐξυβρίσωσι] περὶ pro εἰς, quod soni gratia, cum praecesserit εἴς τοὺς τεθνεώτας, a sollerte oratore evitatum videtur, ne delicatas auditorum aures offenderet. Praeterea Noster omnino amat περί Vid. §. 51. p. 123. R. et ind. Reisk. T. VI. f. v. *Lys. adv. Diogit.* p. 394. Aug. εἰ ἐβούλετο δίκαιος εἶναι περὶ τοὺς παῖδας. De discrimine inter ὑβρίζειν τινά et εἴς τινα commode *Brem. ad Lys. Simon.* p. 30. excitavit *Lucian solcec.* 10. ex quo constat, ὑβρίζειν τινά usurpari de corpore, cui vis infertur, v. c. verberando, stuprando — εἴς τινα ad aliquid quod nostrum est, v. c. uxorem, liberos, res referri; quam tamen canonem non ubique servari monuit *Vigerus* p. 306. laudato *Kustero ad Aristoph. Plut.* 900.

ἐξυβρίσωσι — ἀπέλθωσι] En conjunctivus, etsi praecessit aoristus ἐκινδύνωσαν· Exceptionis ejus exempla *Jacobs.* attulit Plutarch· Aristid. 4. Cimon. 10. Thucyd. 1, 91. VI, 42. Nostro loco conjunctivus, ut saepe, positus est, quod ipsum momentum facti (τοῦ ἐξυβρίζειν) avertere studerent Athenienses. V. Brem. excurs. I. ad Lys. orr. p. 435 sq. V. *Matth. gr. gr.* p. 736. ubi conjunctivum docet in primis post verba *timendi* occurere, quia id quod timeatur, reapse futurum esse cogitetur. Potuit in universum praecipere, *post verba prohibendi.* Rarius optativus conjunctivi vicem explere videtur ut *Junc. ap. Stobac. floril.* T. III. p. 424. Gaisf. ἵνα μὴ δοκοίην ταῦτα ὑπολείπειν, ὑπομνήσω σε.

πατρίου τιμῆς ἀτυχήσαντες — στερητέντες — ἡμαρτηκότες] Anacoluthiae species. Exspectasses: ἢ τυχεῖν πατρίου τιμῆς, sed plus valuisse videtur sonus et gravis illa periodi per tria participia conclusio. Etenim si posueris τυχεῖν, sublatis participiis fiet: ἢ τυχεῖν τιμῆς — νόμου — ἐλπίδος, tenuisque redderetur et corrumperetur orbis orationis. V. *Buttmann* gr. gr. §. 138. II, 3. Variarum anacoluthiarum ex Nostro exempla attulit *Brem. ad Lys. encurs.* V. p. 441. Tria illa participia, idem, si sensum spectes, significantia, numerum augent. Ἑλληνικὸς νόμος et κοινὴ ἐλπὶς dicuntur τὰ τῶν τεθνεώτων νόμιμα. Discrimen inter πάτριος quod ad majores, et πατρῷος, quod ad ipsum patrem spectat, cap. Morus ad *Isocr. paneg.* 16,

§. 10.

Thebanis ab Atheniensibus *persuasum* esse, ut mortuos traderent sepeliendos, *Plutarchus* contendit *Thes.* 29. οὐχ ὡς Εὐριπίδης ἐποίησεν, μάχῃ τῶν Θηβαίων κρατήσας ἀλλὰ πείσας καὶ σπεισάμενος. Cui tamen diserte obloquitur *Himerius* Polem, p. 388. οἱ πεσόντες Ἀργείων ἐτάφησαν τῆς πόλεως (Ἀθηνῶν) φόβῳ.

τὰς ἐπὶ τῷ πολέμῳ τύχας κοινὰς — νομίζοντες] Margo Aldinus: *Σχόλιον· κοινὸς Ἐνυαλίοιο* — Odyss. X, 536. *ἐπιμὶξ δὲ μαίνεται Ἄρης.*

δίκαιον ἔχοντες σύμμαχον] Infra §. 12. *μετὰ τοῦ δικαίου μάχεσθαι*, ubi *μετὰ* valet *auxilio, ope.* Ad sententiam idem *Demosth.* ep. p. 1392. R *ὅπου τὸ δίκαιον εἴη τεταγμένον, ἐνταῦθα προσνέμοντες ἑαυτούς. Lys. pro Polystr.* p. 18. Aug. p. 326. Bk. *ἀγωνιεῖσθαι εὖ μετὰ τοῦ δικαίου. Lys. de non evertenda rep.* p. 416. Aug. *ἐλπίζοντας τοὺς θεοὺς ἐπὶ τὸ δίκαιον μετὰ τῶν ἀδικομένων ἔσεσθαι. Sophocl.* Oed. C. 880. *τοῖς τοι δικαίοις χὠ βραχὺς νικᾷ μέγαν.*

§. 11.

λαβόντες τὰ ἆθλα] *ἆθλα* dicuntur occisi Argivorum. Infra §. 29. p. 99. R. *ὑπὲρ τῶν ἄθλων τῶν ἐν Σαλαμῖνι. Demosth. Philip.* I, p. 41. R. *ταῦτα μὲν ἐστιν ἅπαντα τὰ χωρία ἆθλα τοῦ πολέμου.* Latini sic usurpant *pignora.*

ὧνπερ ἕνεκα ἀφίκοντο] Batav. et Marg. Ald. *ἕνεκεν.* U. *ἕνεκ'.* V. de variis hujus vocabuli apud Nostrum formis *Brem. excurs.* VI.

τοὺς Ἀργείων νεκροὺς ἔθαψαν ἐν τῇ ἑαυτῶν] Commemorat *Xenoph. h. gr.* VI, 5, 46. *τῶν προγόνων καλὸν λέγεται ὅτι τοὺς Ἀργείων τελευτήσαντας οὐκ εἴασαν ἀτάφους γενέσθαι.* ibid. §. 47. *σχόντες τὴν Ευρισθέως ὕβριν διεσώσατε τοὺς Ἡρακλέους παῖδας.*

ἐν τῇ αὑτῶν non vacat, sed in luce ponit cadavera tanquam tropaea in ipso Atheniensium agro esse sepulta, quod ad conciliandos auditorum animos non minimum fecisse putandum. Brevius Adrasti et Heraclidarum historiam uno capite 15. comprehendit Isocrates. Infra §. 22. *ἔστησαν τρόπαια ἐν τῇ αὑτῶν.* Nostrum locum laudavit Matthiae. gr. gr. p. 629. observans genitivum terrae in qua quaeque urbs sita sit, praeponi et comparans Herodot. IX, 27. *θάψαι τῆς ἡμετέρης ἐν Ἐλευσῖνι.*

*

§. 12.

De Heraclidis vid. *Morus ad Isocr. Paneg.* 15. Wieland M. A. T. I. p. 84 sqq. In hac quoque narratione bellicae Atheniensium virtuti ab oratoribus panegyricis nimium tribui solebat. De Heraclidis Atheniensium hospitio exceptis et contra Eurystheum una cum filiis eo bello occisum defensis plura praebet Perizon. ad Ael. IV, 5. 6. Apollod. bibl. II, 8. ib. Heyn. obss. p. 202.

ἐπειδὴ Ἡρακλῆς ἐξ ἀνθρώπων ἠφανίσθη] postquam Hercules ex hominum conspectu sublatus est (unsichtbar werden). Talis euphemismi exempla extant ap. *Diog. Laert.* II, 43. III, 6. 83. IV. 65. *Xenoph.* h. gr. I, 6. 3. *Καλλικρατίδας ἐμπεσὼν ἐς τὴν θάλατταν ἠφανίσθη.* Thom. M. p. 131. *ἀφανίζεται ἀντὶ τοῦ ἀφανὴς ἐπὶ καιρὸν γίγεται.* Activum *ἀφανίζειν* nonnunquam, maxime ap. tragicos poëtas valet *deformem reddere, deformare.* V. *Valcken. ad Phoeniss.* p. 211; interdum est *furtim surripere* doc. *Brem. ad Lys.* p. 200. Dictioni autem *ἐξ ἀνθρώπων* oppositum est illud *ἐν ἀνθρώποις*, quod nos dicimus: in der Welt. Cf. *Heind. ad Platon. Lys.* p. 23. Stobae serm. CXVII. p. 594. T. III, p. 445. Gaisf. *πάντα τὰ ἐν ἀνθρώποις πράγματα τέλος οὐκ ἂν εὑρεθείη βέβαιον ἔχοντα. Himer. Polem.* p. 374. *ἐν ἀνθρώποις ὅσα κάλλιστα καὶ φύσει καὶ νόμοις ἐξεύρηται.*

ἐξηλαύνοντο ὑπὸ πάντων] v. Apollodor. l. c.

ἱκέται ἐπὶ τῶν βωμῶν ἐκαθέζοντο] Ante Augerum legebatur *ἐπὶ τὸν βωμὸν*, quod etiam num exhibet Jacobsii textus gravesque loci defendunt. Si legatur *βωμὸν*, intelligendus *βωμὸς Ἐλέου*, qua de ara Athenienses prae ceteris Graecis praedicare solebant. Omnia fere eo pertinentia jam attulit *Taylor.* ad h. l. Ac sane hoc ad humanitatem, cujus omnis parentes dicendae sunt Athenae, vel maxime pertinet, quod Athenienses advenas quosque et hospitio et auxilio alio sublevarunt, quare merito

Pericles ap. Thucyd. II, 40. οὐ γὰρ πάσχοντες, inquit, ἀλλὰ δρῶντες εὖ κτώμεθα τοὺς φίλους. *Isocr. Paneg.* 6. ἡ πόλις ἡμῶν οὐ μόνον θεοφιλῶς ἀλλὰ καὶ φιλανθρώπως ἔσχε. Tusius de Athenarum humanitate *Himer. Polem.* p. 382. 394. ed. Wernsd. Quo factum est, ut, cum Thebani aliique Graecorum Atheniensibus debellatis urbem everti vellent, Lacedaemonii negarent τὴν κοινὴν ἑστίαν τῆς Ἑλλάδος κινεῖν (Aelian. v. h. IV, 6. ib. intpp.) Cf. Xenoph. h gr. II, 2. 20. et quos laudavit *Creuzer. annot. ad orationem de civitate Athenarum* p. 54. 64. Pausan. Att. XVII. init. — Lectionem βωμὸν tuentur hi loci: *Apollodor.* II, 8, 1. καθεσθέντες ἐπὶ τὸν Ἐλέου βωμὸν ἠξίουν βοηθεῖσθαι Ib. III, 7, 1. Ἄδραστος ἐπὶ τὸν Ἐλέου βωμὸν κατέφυγε. *Sophocl. Oedip.* C. 1157. φασίν τιν' ἄνδρα βωμῷ καθῆσθαι τῷ Ποσειδῶνος. *Herodot.* VI. 108. Πλαταιεῖς — ἱκέται ἱζόμενοι ἐπὶ τὸν βωμὸν ἐδίδοσαν σφᾶς αὐτούς, etsi ibi non intelligitur ara misericordiae. Sed cum supplices ad quas libet deorum aras confugere potuerint et Noster, si Ἔλεον cogitasset, certo scripsisset, ἐπὶ τὸν Ἔλεον βωμόν, cum *Augero* et *Bekkero* ex XVI. codd. recipiendam esse duximus lectionem ἐπὶ τῶν βωμῶν, cui ipsi et Lysiae et aliorum scriptorum loci patrocinantur. Cf. *Xenoh. h. gr.* IV, 4. 3. οἱ μὲν ἔφευγον πρὸς τὰ ἀγάλματα τῶν θεῶν οἱ δ' ἐπὶ τοὺς βωμούς, quo non fugissent nisi ibi se fore tutos arbitrarentur. *Lys. adv. Eratosth.* p. 306. Aug. οὔτε ἂν ἱερὰ οὔτε βωμοὶ ὑμᾶς ἀδικουμένους διὰ τοὺς τούτων (XXX tyrannorum) τρόπους ὠφέλησαν, ἃ καὶ τοῖς ἀδικοῦσι σωτηρία γίνεται. *Soph. Oed. r.* 16. ὁρᾷς μὲν ἡμᾶς ἡλίκοι προσήμεθα βωμοῖσι τοῖσ σοῖς.

Aristid. ep. 12. Atheniensibus misericordiam tanquam affectum iis proprium tribuit » ὑμεῖς οὐδὲν ἢ Ἀθηναίων ἔργον ἐλεήσαντες αὐτοὺς καὶ χαρισάμενοι ἐποιήσατε. Leniter tangitur ea mansuetudo a Platone *Menex.* 16. καὶ δὴ εἴ τις βούλοιτο τῆς πόλεως κατηγορῆσαι δικαίως, τοῦτ' ἂν μόνον λέγων ὀρθῶς ἂν κατηγοροῖ ὡς ἀεὶ λίαν

φιλοκτίρμων ἐστὶ, ubi *Gottleber* p. 52. aliquot ejusdem sententiae locos attulit. *Sophocl. Oedip.* C. 260. Athenarum humanitatem laudans, τάσγε Ἀθήνας φασὶ θεοσεβεστάτας εἶναι, μόνας δὲ τὸν κακούμενον ξένον σώζειν οἵας τε καὶ μόνας ἀρκεῖν ἔχειν. Supplicum religionis fons ap. Homer. Jl. α. 14. Pro ἱκέτης ap. Sophocl. Oedip. G. 1171. ubi v. intpp. legitur προστάτης. Senatum quoque supplices adibant ἱκετηρίοις κλάδοις ἐξεστεμμένοι doc. *Sluiter. lectt. Andocid.* p. 150. Et ad aras quidem confugiendi ubique salutem sibi quarendi morem ap. Judaeos quoque obsinuisse patet ex reg. II, 28.

וַיָּנָס יוֹאָב אֶל־אֹהֶל יְהוָה וַיַּחֲזֵק בְּקַרְנוֹת הַמִּזְבֵּחַ

Videntur autem, ut quisque Athenas venit Heraclidarum, proximam quamque aram supplices petiisse.

ἐκαθέζοντο] Cod. F. ἐκαθίζοντο. (infra §. 116. ἐγκαθιστᾶσιν et ἐγκαθεστᾶσιν et §. 48. p. 120. ἀπελογήσαντο — ἀπελογίσαντο). Eadem formae varietas occupat *Stobae. floril.* T. III. p. 439. Gaisf. ubi pro καθίζεσθαι duo libri offerunt καθέζεσθαι. Jungitur autem καθέζεσθαι ut multa verba, quibus inest *requietis* notio, cum praepositionibus *motum* significantibus, ut vice versa *ponere, collocare in aliquo loco*, quod, antequam sedeas, motionem ad eum locum praecessisse necesse est. V. *Buttmann.* ind. *ad Demosth. Mid.* p. 175. *Aeschin. c. Ctesiph.* p. 64. Wundrl. εἰς τὴν ἐκκλησίαν καθεζόμενος. Pertinet huc illud apud Herodotum et Xenophontem frequentissimum παρεῖναι εἴς τι. (Valcken. ad. Herodot. 1, 21.). Nec solum ἐν et εἰς, sed ἐνθαῦτα et δεῦρο, οὗ et οἷ, ἔνθα et ἔνθαδε ap. Homerum apud optimos quosque scriptores permutari copiose exposuit *G. Joseph. Bekker. specim. Philostr.* p. 77—81. cui add. *Brem. ad Aeschin. c. Ctesiph.* p. 320.

μετὰ τοῦ δικαίου] *Demosth.* ep. p. 584. ἡ τῶν λόγων πειθὼ τῆς τῶν ἀκουόντων εὐνοίας προσδεῖται καὶ μετὰ μὲν ταύτης — δόξαν ἤνεγκε καὶ χάριν προσποιεῖ.

§. 13.

ἐπιστρατεύσαντος δ' Εὐρυσθέως μετὰ τῶν ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ Πελοπόννησον ἐχόντων]

Non probaverim *Foertschium* praepos. ἐν exterminantem. Quod enim eam ab optimis libris abesse asserit, sunt ii quidem Bekkeri C M N U X, quorum tamen M N U semper fere pessimam exhibent scriptionem, *Batavus* autem et Palatinus sibi non constant. Etenim infrâ p. 107. R. ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ omnes libri exhibent. Contra p. 76. omnes τῇ αὐτῇ εἶδον ἡμέρᾳ omisso ἐν. Sed p. 114. καὶ οὔτε τριήρεις ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ ἐκ τῆς Ἀσίας ἔπλευσαν, etsi p. 65. ὑστέρῳ δὲ χρόνῳ et p. 107. ὑστέρῳ δέ χρόνῳ sine ἐν legitur. Scilicet si bene distinxeris, reperies locos Lysiacos a *Foertschio* ad dativum sine ἐν probandum allatos omnes agere *de momento temporis omninoque de tempore breviori*, sed nostrum locum (Eurystheus Atticae bellum inferente cum iis *qui eo seculo* Peloponnesum tenebant) et illum p. 107. §. 36. ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ diuturnitatem quandam et continuationem denotare. Itaque ἐν χρόνῳ pro διὰ χρόνου poni potest, χρόνῳ non item. Sic διαβολὴν ἣν ἐν πολλῷ χρόνῳ ἔχετε quem locum ex Platon. *apolog.* attulit Viger. p. 606.

ἐγγὺς τῶν δεινῶν γενόμενοι] ἐγγὺς refertur ad tempus. *Plutarch. consol. ad Apollon.* 14. τὰ τοῦ χρόνου καὶ τὰ τῆς ἡλικίας ἐγγύς. §. 30. ἁπάντων ἐγγὺς ὄντων τῶν δεινῶν. Sic εὐθὺς est temporis, εὐθὺ loci. *Phrynich.* p. 24. *Heindorf. ad Platon. Lys.* p. 4.

Advertamus jam concinnitatem periodi inde a vocc. ἐπειδὴ Ἡρακλῆς — ἐπιστρατεύσαντος, quae tantopere servata est, ut enunciata cum μὲν et δέ invicemque ad se relata participia totidem fere omnino verba contineant, adeo ut numerare possis.

Verborum numero se aequant haec tria membra 1. ἐπειδὴ — ἠφανίσθη· 2. οἱ δὲ παῖδες — Εὐρυσθέα· 3. ἐξηλ. — Ἑλλήνων. Deinde numero paria ἀφικόμενοι

— πόλιν et ἱκέται — ἐκαθέζοντο, tum bis occurrunt quatuor voces in his ἔξαιτ. et Ἀθηναῖοι et bis sex in ἀλλὰ τὴν et ἢ τὸν ... denique duobus membris mire aequalibus — ἠξίουν μὲν — et ἢ τοῖς tota finitur periodus, etsi enim posterius enunciatum verbis ἢ τὸν incipiens *uno* verbo cedit superiori (ἠξίουν etc.) hoc tamen abunde compensetur numerose sonantibus illis, δυναμένοις, χαριζόμενοι, ἀδικουμένους. Ac simplicissimus quisque auctor carminis, ubi operam daret operi panegyrico, externo cultu studuit excellere. Cujus rei insigne specimen ex Psalmi XLV auctore depromere liceat. Ibi v. 2.

רָחַשׁ לִבִּי דָּבָר טוֹב
אֹמֵר אָנִי מַעֲשַׂי לְמֶלֶךְ
לְשׁוֹנִי עֵט סוֹפֵר מָהִיר׃

Cf. Cicer. orat. III, 48. 49. partit. 7.

ὁποῖοί τινες ἄνδρες ἔσονται γενόμενοι] Jung. ἄνδρες γενόμενοι. (quales, si ad ulti essent, se gesturi essent). Vario modo haec sententia effertur. *Demosth. ep.* p. 584. ἐπειδὴ εἰς ἄνδρας ἀφίκοντο. Ib. εἰς ἀνδρῶν τέλος ἱκόμενοι. *Platon. Menex.* p. 63. Gottl. ἐπειδὰν εἰς ἀνδρῶν τέλος ἴωσιν ubi v. *Loers.* p. 129. et Ast. ad Plat. legg. p. 523. Dicitur autem annus vicesimus ad quem usque occisorum filii publice educabantur, tumque patrimonio accepto ad bellum proficiscebantur. *Stobae floril.* CXV, p. 590. T. III. p. 437. Gaisf. μετὰ τὸν ἄνδρα γῆρας πρόσεισιν, ubi ἀνήρ est *virilis aetas*. Cf. *Baissond. ad Philostr. her.* p. 429. *Aeschin. c. Ctesiph.* p. 361. *Br. Liban.* vit. Demosth. cp. III, p. 2. ed. Rüdiger. εἰς ἄνδρας ἐγγραφείς. Hoc saepe significatur verbo δοκιμάζεσθαι. *Isocrat. Areop.* 14. ἐπεὶ εἰς ἄνδρας δοκιμασθεῖεν. *Lys. c. Diogit.* p. 380. Aug. δοκιμασθέντος τοῦ πρεσβυτέρου τοῖν μειρακίοιν. *Ibid.* ἐπειδὴ σὺ δεδοκίμασαι καὶ ἀνὴρ γεγένησαι.

οὐ προτέρας ἔχθρας ὑπαρχούσης] Supra §. 9. οὐδε-

μιᾶς διαφορᾶς πρότερον πρὸς καδμείους ὑπαρχούσης, ubi post καδμείους non inserendum esse cum *Bekkero* αὐτοῖς, argumento est hic noster locus.

οὐδὲ κέρδους πλὴν δόξης ἀγαθῆς] Horat. a. p. 325. Grajis — — praeter laudem nullius avaris.

κίνδυνον ἤραντο] *Demosth.* p. coron. 60. κίνδυνον ἀράμενοι.

ἐλευθερίας μὲν εἶναι σημεῖον] σημεῖον salvo sensu abesse potest. Supra §. 8. ἀνδρῶν μὲν ἀγαθῶν εἶναι — Sic ἔργον *apol. de tyrann.* p. 112. Aug. Infra p. 78. ἡγησάμενοι θηρίων μὲν ἔργον εἶναι. Add. *Lys. orat. Olymp.* p. 402. Aug. Laudavit nostrum locum *Matthiae.* gr. gr. p. 621.

τοῖς ἀδικουμένοις βοηθεῖν] *Aeschin. c. Ctesiph.* p. 361. Br. ἡμετέρα πόλις ἡ κοινὴ καταφυγὴ τῶν Ἑλλήνων. Infra §. 50.

§. 14.

τοσοῦτον δ' ἐφρόνουν ἀμφότεροι] τοσοῦτον apud Lysiam multo frequentius esse quam τοσοῦτο *Bremius* notavit *ad Lys. orr.* p. 22. Ac nostro loco possit esse τοιοῦτον. Sed ὅσος et οἷος, τοιοῦτος et τοσοῦτος promiscue usurpantur. Cf. *Andocid.* myster. p. 1. εἰκότως ἂν καὶ ὑμεῖς τοιαῦτα περὶ αὐτῶν γιγνώσκοιτε, ὅσα καὶ αὐτοὶ ἔγνωσαν, ubi *Markland.* ad Lys. p. 158. et *Sluiter lectt. Andocdd.* male οἷα tentarunt. Long. pastor. IV, p. 108. ἔδωκε ὅσα ἀπ' αἰπώλου δῶρα. Saepe confundi τοιοῦτος et τοσοῦτος non erat quod moneret *Valken. ad Phoeniss.* p. 386. Apud Herodot. I, 192. pro τοιαῦτα exspectasses τοσαῦτα. Sic *Johann.* ep. I, 3, 1. ποταπὴν ἀγάπην i. q. ὅσην. De addito vel omisso ν ἐφελκυστικῷ v. *Schaefer. ad Gregor.* C. p. 72.

παρ' ἑκόντων ἐζήτουν εὑρίσκεσθαι] εὑρίσκεσθαι nonnunquam est *impetrare, nancisci, consequi. Lys. adv. Alcib.* §. 20. quem locum nostro simillimum transscribere integrum liceat. ἀξιῶ, ἐὰν μὲν τινες τῶν συγγενῶν αὐτὸν

ἐξαιτῶνται, ὀργίζεσθαι, ὅτι τούτου οὐκ ἐπεχείρησαν δεηθῆναι, ἢ δεηθέντες οὐκ ἐδύναντο εὑρέσθαι, ubi *Brem.* p. 131. Sic *Plaut. rud.* prolog. 27. — si qui puis est, a dis supplicans, *inveniet* veniam sibi.

Ἀθηναῖοι δὲ οὐκ ἠξίουν Εὐρυσθέα αὐτὸν ἱκετεύοντα τοὺς ἱκέτας αὐτῶν ἐξελεῖν]

Al. ἱκετεύοντες. male. Al. τοὺς ἱκετεύοντας παρ' ἑαυτῶν quod videtur esse interpretamentum. *Augerus* lectionem αὐτοὶ ἱκετεύοντες — ἐξελεῖν *Marklando* non nominato a se receptam explicavit: *nec Athenienses vellent supplicantes ipsi supplicum suorum vitam ab Eurystheo obtinere*, quam interpretationem verbi ἐξελεῖν vellem exemplis firmasset, ut taceamus, antitheti vim ea ratione infringi. *Vulgatam* Reiskius interpretatus est: *Eurystheum tantum non supplicem venisse.* Quid? Eurytheus magno cum exercitu Atticam ingressus supplex vocari potuerit? *Sluiter. lectt. Andocidd.* p. 286. »Locum interpretando tuetur Reiskius, cujus interpretatio est plane contraria Veterum hac de re narrationibus. Omnes enim referunt, Eurystheum vi supplices Atheniensibus voluisse eripere tyrannum superbum, qui ad preces non descenderet. Locum arbitror integrum fore si unam addamus particulam ἄν, *vel si supplex petiisset, Athenienses non dedissent.* Ita describitur animorum summa contentio utriusque partis —.« Hanc explicationem amplexus est *Schlegel.* M. A. T. I, p. 236. et *Jacobs.* qui ἄν etiam omitti posse arbitratur quod verum esse ex §. 51. p. 123. R. evincitur »νικήσαντες μὲν γὰρ ἐκείνους τῶν αὐτῶν ἠξίουν, δυστυχήσαντες δὲ βέβαιον τὴν δουλείαν κατέλιπον ubi ἄν subintelligendum esse contextus docet. Atque ex eo quod praecepit *Matthiae.* §. 528. aptius h. l. omissum est, quoniam additam rem incertam etiam incertiorem reddit. V. *Actt. philoll. Monais.* II, 1. p. 257. Platon. Gorg. p. 54. Heind. *Phaedon.* p. 72. Wytt. *Poppo* de particula ἄν p. 8. *Schaefer. ad Soph.* Oed. C. 1418.

Reisig. ibid. Herm. ad Ajac. 921. Lysiae usum accurate persecutus est *Bremius* excurs. IV. ad Lys. orr. p. 438 sqq. Add. *Wunderl. ad Aeschin.* c. Ctesiph. p. 104. — Jam si supponatur ista particulae ἂν omissio locus erit expeditus. Sed fortasse ea ellipsi opus non est, quoniam, ut ingenue fatear, *Lysias* de ipsa re quadam non de ea quae facta foret conditionaliter, loqui videtur. Et *Isocrates* quidem Paneg. 15. p. 35. favet.

Εὐρυσθεὺς δὲ βιάσασθαι προςδοκήσας αὐτὸς αἰχμάλωτος γεγονὼς ἱκέτης ἀναγκάσθη καταστῆναι, quod eo majoris momenti est, cum Isocrates ubique fere Lysiam expresserit nec quaeratur, Eurystheus *revera captus fuerit* nec ne sed an Noster captum eum esse significare *voluerit*. Quamquam incommode ac praeposterae Atheniensium victoriae narratio *sequitur*, quae si Eurystheum revera ab Atheniensibus captum esse significetur, *praecedere* debuit. Sed infra §. 39. sqq. eadem inest narrationi de Myronidis expeditione molesta ac loquax abundantia. Quibus tamen haec ratio nobis quidem verisimillima displicuerit, ii viderint, an tertiam ferre possint, quam postremo loco proponamus. Verbum ἱκετεύω derivatur ab ἵκω, ἱκάνω; quumque supplices plerumque soliti sint peregre ad auxilium implorandum proficisci, hinc repetenda videtur notio *supplicandi*, quae vocibus ἱκέτης, ἱκετεύω, etiam ἱκνεῖσθαι inest. Itaque ἱκετεύειν est *venire eo consilio ut aliquid poscatur, sive supplicem sive expostulantem. Sophocl. Philoct.* 470. ἱκέτης ἱκνοῦμαι. Oedip. C. 250. ἄντομαι. ib. 275. Simpliciter ἱκνοῦμαι ὑμᾶς — σώσατε. 1011. τάςδε τὰς θεὰς — ἱκνοῦμαι. Haec quoque ratio est qua quis nitatur. Supra §. 12. legitur ἐξαιτουμένου (cum Eurystheus missis *legatis* Heraclides sibi tradi juberet) nostro loco *ipse* venisse significatur et ita oppositio redditur valida. Non fugit me, ideo, quod ἱκνεῖσθαι interdum verbi ἱκετεύειν vices expleat, contendi non posse, ἱκετεύειν simpliciter valere *poscere*, sed verbum

ἀξιοῦν (quod mox *velle*, mox *postulare*, *putare*, *se praebere* notat) talem significationis varietatem vindicare videtur. Utut est, equidem satis habeam, si iis quae monui, incitati Viri docti in horum verborum vim accuratius velint inquirere.

τὰ μὲν σώματα εἰς ἄδειαν κατέστησαν] *Apol. de tyrann.* p. 126. Aug. *τοῖς ἐξ ἄστεος ὑπὲρ τῶν παρεληλυθότων ἄδειαν ποιήσειν*. Ap. Tragicos sic occurrit *ἐν ἀσφαλεῖ*, de quo et similibus, *ἐν εὐμαρεῖ*, *ἐν σιωπῇ* etc. v. *Valcken. ad Eurip. Phoeniss.* p. 381. Paulo supra *ἐνίκων μαχόμενοι* numerosum est et grave imprimis in fine enunciati. V. §. 10. 35. 40.

διὰ δὲ τὴν τοῦ πατρὸς] Vulg. *διὰ τὴν*. Recte *Taylor.* ut concinnitas membrorum constaret nec moleste subjecta essent *διὰ τὴν τ. π. α.* interposuit *δέ*, quod nunc confirmatum est libris potioribus. Quod autem quidam in iisque *Augerus* pro *ἐκείνους* aptius putant *αὐτούς*, iis respondeo exemplum mihi non enrare, ubi *αὐτοὺς τοῖς αὑτῶν* ad diversos referatur. Praeterea haud raro *ἐκεῖνος* ponitur pro *αὐτος*. v. *Aelian.* v. h. III, 24. ib. Perizon.

Ad rem. conf. *Xenoph.* h. gr. VI, 5. 47. *Demosth. ep.* p. 582. Bekker.

§. 15.

τοσοῦτον δ' εὐτυχέστεροι ...] de *τοσοῦτον* v. §. 14.

ὁ μὲν γὰρ — ἀγαθῶν πολλῶν αἴτιος] Locum habet Matth. Ap. 1244. Isocr. Paneg. 15. *ἅπαντας ἀνθρώπους εὐεργέτησεν*, Ratio structurae referenda est ad illa *τεκμήριον δὲ, σημεῖον δὲ, δῆλον δὲ, αἴτιον δὲ*, et aptissima ad auditorum lectorumve incitandam exspectationem. Latine ita fere pronnunciaveris: *multo feliciores patre suo fuisse Heraclidas hinc intelligere licet*, quod etc.

Infra §. 25. *τὸ δὲ μέγιστον σημεῖον τοῦ πλήθους· ἐξὸν γὰρ* — ubi pro *τὸ* male Augerus *ὅ* ut magis atticum substituit, quem jam *Buttmann.* ad *Demosth. Mid.*

p. 76. refutavit. Add. id. p. 10. 25. *Isocr. pac.* 17. τὸ δὲ πάντων σχετλιώτατον οὓς γὰρ ὁμολογήσαιμεν — *Xenoph. h. gr.* VI, 4. 13. σαφεῖ τούτῳ τεκμηρίῳ γνοίη τις ἄν· οὐ γὰρ ἂν ἠδύναντο. *Thucyd.* I, 3. δηλοῖ δέ μοι καὶ τόδε· πρὸ γὰρ τῶν Τρωικῶν. Rarius pro γὰρ sequitur ὅτι. v. *Buttmann.* l. c. *Lys. de non coert. rep.* p. 112. Aug. μέγα ἡγοῦμαι τεκμήριον εἶναι ὅτι — οὐκ ἂν κατηγοροῖεν. *Menex.* p. 29. μέγα τεκμήριον ὅτι ἥδε γῆ ἔτεκεν. *Lys. adv. Nicom.* p. 270. Brem. ὃ δὲ πάντων δεινότατον· ὅτι — Interdum γὰρ vel ὅτι omittitur, ut *Aeschin. c. Ctesiph.* p. 418. Brem. καὶ τὸ πάντων ἀτοπώτατον, ἐν τοῖς αὐτοῖς δικαστηρίοις ἀτιμοῦτε; v. *Wolf. ad Demosth. Leptin.* p. 225. Etiam per interrogationem infertur, ut *Plutarch. garrul.* 4. καὶ τί τὸ δεινότατον; — ᾠδὴ καὶ γέλως καὶ ὄρχησις, οὐδὲν ἄχαρι τούτων ubi nihil mutandum.

οὐχ οἷος τε ἦν] Memorabilis est locus *Menex.* p. 52. (ἡ πόλις) οὐχ οἵα τε ἐγένετο καρτερῆσαι: a se ipsa impetrare non potuit (konnte es nicht über's Herz bringen) quin injuria affectio opem ferret.

τῇ αὐτῇ εἶδον ἡμέρᾳ — σωτηρίαν] Simillime *Xenoph. h. gr.* II. 4. 17. ὦ μακάριοι δῆτα, οἳ ἂν ἡμῶν νικήσαντες ἐπίδωσι τὴν πασῶν ἡδίστην ἡμέραν.

§. 16.

μιᾷ γνώμῃ χρωμένοις] Infra p. 86. §. 21. ταῦτα μιᾷ γνώμῃ πάντες γνόντες. *Lys. Orat. Olymp.* p. 404. Aug. τῇ δ' αὐτῇ γνώμῃ χρωμένους. *Demosth. Philip.* I, p. 42. R. καὶ ὑμεῖς ἐπὶ τῆς τοιαύτης ἐθελήσατε γενέσθαι γνώμης. *Sophocl. Philoct.* 1396. δόξης οὔποτε τῆσδ' ἐπιβάντες.

ὑπῆρχε est: multae causae extabant, favebant. *Lys. de affect. tyrann.* p. 112. Aug. ἀξιῶ — ταῦτα μοι παρ ὑμῶν ὑπάρχειν. v. Wyttenb. ad eclog. hist. p. 381. Viger. p. 309. ν.

αὐτόχθονες ὄντες — τὴν αὐτὴν μητέρα καὶ πατρίδα] Solennis haec et inanis Atheniensium indigenarum laus in omnibus Panegyricis obvia. *Demosth.* ep. p. 581.

μόνοι πάντων ἀνθρώπων ἐξ ἧσπερ ἔφυσαν ταύτην ᾤκησαν. Menex. p. 27. ad quem locum *Gottleber.* attulit Cicer. p. Flacc. 26.). Fabulosam istam Minervae et Neptuni de Athenarum praesidio contentionem, cujus apud Platonem injecta est mentio, Noster scite praetermisit. Thucyd. II, 36. τὴν χώραν ἀεὶ οἱ αὐτοὶ οἰκοῦντες, ubi commodius notatur incolarum virtus bellica. *Demoth. ep.* p. 1390. R. σημεῖον ὑπάρχειν τοῦ μητέρα τὴν χώραν εἶναι τῶν ἡμετέρων προγόνων. *Lys. de non coert. rep.* p. 919. R. Ridet eam vanitatem quamvis celebrans Isocrates in Panegyrico, in oratione de pace cap. 17. σεμνυνόμεθα καὶ μέγαφρονοῦμεν ἐπὶ τῷ βέλτιον γεγονέναι τῶν ἄλλων, ῥᾶον δὲ μεταδίδομεν τοῖς βουλομένοις ταύτης τῆς εὐγενείας ἢ Τριβαλλοὶ καὶ Λευκανοὶ τῆς αὐτῶν δυσγενείας. Non esse cur αὐτοχθονίαν tantopere jactarent doc. *Wieland.* M. A. I, p. 177. Add. Morus ad *Isocrat, Paneg.* 16. Justin. II, 6. ib. Bernegger.

δημοκρατίαν κατεστήσαντο] V. §. 45. Demosth. ep. p. 1396. R. 587. B. διὰ πολλὰ δὲ εἰκότως ὄντες τοιοῦτοι διὰ τὴν πολιτείαν (δημοκρατίαν) οὐχ ἥκιστα ἦσαν σπουδαῖοι αἱ μὲν γὰρ διὰ τῶν ὀλίγων δυναστεῖαι δεός μὲν ἐργάζονται τοῖς πολίταις, αἰσχύνην δ' οὐ παριστᾶσιν. Contra *Plato* constitutionem reipublicae σοφιστικῶς vocat ἀριστοκρατίαν *Menex.* p. 31.

τὴν πάντων ἐλευθερίαν ὁμόνοιαν εἶναι μεγίστην] *Reiskius* praeter necessitatem conjecit: ἐλευθερίαν καὶ ὁμόνοιαν εὐδαιμονίαν εἶναι τὴν μεγίστην, quod omisso εὐδαιμ. recepit *Auger.* Nec video, cur *Markland.* de sensu et veritate dubitari posse opinetur, cum, si omnes sunt liberi adeoque ἰσονομίας et ἰσηγορίας participes, non est quod discordia possit existere. *Lys. de non evert, rep.* p. 919. R. ἡγοῦμαι ταύτην μόνην σωτηρίαν τῇ πόλει ἅπασιν Ἀθηναίοις μετεῖναι τῆς πολιτείας. De ἰσηγορίας origine *Demosth. ep.* p. 588. Bkkr. Θησεά πρῶτον ἰσηγορίαν καταστησάμε-

νον τῇ πόλει. Plat. *Menex.* p. 32. *ἡ ἰσογονία ἡμᾶς ἀναγκάζει ἰσονομίαν ζητεῖν* ubi Nostrum respexit.

Ab Isocrate omissa est publici status conversio, quando ne monere quidem voluisse videtur, unquam etiam atque popularem formam reipublicae obtinuisse.

νόμῳ τοὺς ἀγαθοὺς τιμῶντες] Athenienses legum latores, certe auctores fuisse pluribus gentibus luculenter narrat *Isocrat.* Paneg. 10. *πρώτη νόμους ἔθετο.* Ceterum advertas oppositionis affectatam elegantiam: *νόμῳ, λόγῳ, ἔργῳ.* De *ἀνθρώποις — βασιλευομένους* vid. ad §. 3.

Errata.

Praef. lin. 9. pro publicio leg. publicis.
— 14. — inscriptio leg. inscripta.

pag. 1. lin. 9. pro 294 leg. 2 et 4.
— 2. — 5. — videtur. Platon leg. videtur Platon.
— 2. — 15. — Angerus leg. Augerus.
— 2. — 26. — in, leg. in.
— 3. — 5. — quae, ad leg. quae ad.
— 3. — 6. — Ciceronum leg. Ciceronem.
— 3. — 16. — ἀρετῆϑ leg. ἀρετὴν.
— 3. — 19. — ἐπικρυκένεσται leg. ἐπικηρυκεύεσϑαι.
— 3. — 20. — publico leg. publice.
— 5. — 9. — liberi leg. libri.
— 5. — 15. — vino leg. viro.
— 5. — 30. — ϑοφαῖος leg. ϑυραῖος.
— 5. — 34. — ποϑόκραντα leg. πυϑόκραντα.
— 6. — 3. — Linginum leg. Longinum.
— 6. — 10. — jungenden leg. jungendum.
— 7. — 1. — κατὰ leg. καλά.
— 7. — 8. — obserrarunt leg. observarunt.

pag. 7. lin. 2. infr. pro secordiam leg. socordiam.
— 9. — 17. pro φογαῖς leg. ψυχαῖς.
— 9. — 20. — ληλαῖςιν leg. χηλαῖςιν.
— 9. — 25. — καρκοις leg. κάρποις.
— 9. — 1. infr. pro u. leg. ll.
— 11. — 8. pro φεβεσται leg. φέβεσθαι.
— 12. — 1. — ἐργῳ leg. ἔργῳ.
— 12. — 2. infr. pro ποιήση leg. ποιήσῃ.
— 14. — 32. — — antistiati leg. antithreti.
— 16. — 17. pro ἐσχάραιτε leg. ἐσχάραι τε.
— 16. — 4. infr. pro Eumenidt leg. Eumenid.
— 17. — 2. leg. οὐ σέβεσθαι.
— 17. — 16. pro ὃ leg. δὲ.
— 17. — 20. — εξαμαρτανόντες leg. εξαμαρτάνοντες.
— 17. — 22. — εἶς leg. εἰς.
— 17. — 3. infr. pro quam leg. quem.
— 18. — 2. pro ἐκινδύνωσαν leg. ἐκινδύνευσαν.
— 18. — 10. — proehibendi leg. prohibendi.
— 18. — 14. — στερητέντες leg. στερηθέντες.
— 18. — 26. — cap. leg. expl.
— 19. — 3. — Ἄρμς leg. Ἄρης.
— 19. — 16. — τοὺ πολέμον leg. τοῦ πολέμου.
— 19. — 22. — εἰασαν leg. εἴασαν.
— 20. — 27. — βωμῶν leg. βωμὸν.
— 21. — 4. — Tusius leg. Fusius.
— 21. — 18. — ud leg. ad.
— 21. — 20. — Ἔλεον leg. τὸν Ἐλέου.
— 21. — 23. — Xenoh. leg. Xenoph.
— 22. — 10. — G. leg. C.
— 22. — 10. — quarendi leg. quaerendi.

pag. 22. lin. 12. leg. בְּקַרְנוֹת.
— 23. — 16. pro Eurystes leg. Eurystheo.
— 24. — 13. — אחי leg. אֲנִי.
— 24. — 17. — ad ulti leg. adulti.
— 24. — 26. — Baisond. leg. Boisond.
— 24. — 27. — ker. leg. her.
— 25. — 8. — ϛημεῖον leg. σημεῖον.
— 26. — 1. — ὀργιξεσθαι leg. ὀργίζεσθαι.
— 26. — 3. — puis leg. pius.
— 26. — 4. infr. pro additam leg. additum.
— 26. — 3. pro Monais. leg. Monac.
— 27. — 7. leg. favet,,
— 27. — 14. leg. praepostere.
— 28. — 18. pro entare leg. extare.
— 28. — 20. — αὐτος leg. αὐτός.
— 28. — 25. — ἀγαθῶτ leg. ἀγαθῶν.
— 28. — 30. — pronnunciaveris leg. pronunciaveris.
— 29. — 2. — σχετλιώτατον οὖς leg. σχετλιώτατον: οὖς.
— 29. — 6. — coert. leg. evert.
— 29. — 19. — affectio leg. affectis.
— 29. — 3. infr. pro αὐτοχθονες leg. αὐτόχθονες.
— 30. — 9. pro νέρων leg. τέρων.
— 30. — 9. — coert. leg. evert.
— 30. — 5. — Θησεὶ leg. Θησέα.
— 31. — 5. — etiam leg. aliam.
